



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atque Legvm || Pene Omnium
Gentium, Et || Rerum Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

7 De iure matris in filios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

neque sacrificia pie sacrificari. neque aliud quidpiam, nec iuste agi. Nec tantum hunc, sed etiam filii quis parentum defunctorum sepulcrum non ornet, hoc etiam civitas inuestigat in electionibus magistratum. Ingratitudinem et rebellionem vel contumaciam filii Granni Clotharius primus Clodovei filius. igne & ferro prosequutus est, & eum superatum exercitu scanno cum vxore & eorum liberis per lictorem alligato, exurit iussit, ut ait Gaguinus lib. 1. c. 31. & lib. 2. c. 1. Paulus Aemilius lib. 1. hist. Franco. in Cloth. t. & Annonius lib. 1. de gest. Franco. c. 50. ratus plus aufros in eum ceteros, si repugnantem filium non fleteret. Leges generaliter ingratitude actionem concedunt in eos, qui benemeritis non retulerint gratiam, ut ait Lucianus in Abdicatu. Et ut ait Euripides in Supplic. act. 1.

— τοῖς τελευτῶσι

ὁ δὲ νεκρὸς ὅστις μὴ ἀντιδραστὴς τῶν ἄλλων.

ὁ δὲ ζῶν ἐξαπὸν δὲ τῶν ἀντιδραστῶν.

αὐτὸν παρ' αὐτῶν τοιάδ' ἀντιδραστῶν id est.

— Parentibus enim

Infelix, qui quis non mutuam officii reponit gratiam.

Pulcherrimo qui, pe munere dato vicissim

Alberis suis si dem remunerabitur, que parentibus dedit.

Multo magis & indigni sunt beneficio accepto ii, qui non solum non rependunt beneficia, sed contumeliosi sunt, & iniurii in benefactores. Et ob id iura merito reuocant liberalitatem paternam libertatis, ut diximus, & donationes factas bonorum, volentibus & conuerentibus tamen donantibus: permittunt & liberis exheredare. Voluit & Guillelmus Benedicti in annota. 2. ad ver. in eodem testamento relinquens, num. 4. Raynut. par. 1. de testa. per ingratitude rescipit non tamen matrimonio legitimum, illegitimum reddi, quod pertinet ad commodum paternum. Reuocabatur in fermitatem quoque libertus per ingratitude, l. 2. de liber. & cor. liber. Illudque institutum Arhenarum memorabile fertur, quo conuicti ingratitude libertus iure libertatis exuebatur, hac formula, superiedo. inquit, te habere ciuem tanti muneris impitum, si in matrem. Nec adduci possum. ut credam urbi vtilem, quem domi seculum cerno. Abi. i. q. 1. & esto seruus, quoniam liber esse nescis, Val. Max. lib. 2. ca. 1. d. m. de Areopago agit. Maffilientis quoque, idem eod. & vique ad ternam manumissionem ter deceptum dominum rescissionem earundem dabant, quartam quamuis denegarent. Propter ingratitude qui postulat aduersus ecclesiam, privilegio eius priuatur, c. fin. de postul.

De Iure matris in filios. Cap. 7.

- 1 Iura naturalia patri debita, & matri debentur.
- 2 Matri ac patri honor a filio debetur.
- 3 A matribus apud Lycios & Locros genus repetitum, non a patribus.
- 4 Mater num magis contribuat generationi filiorum, quam pater: & ibi de maiori amore matrum.
- 5 Matribus a iumentis filii debent, & alia ut patri: Ciconia, Meropes alunt parentes senes, eod.

Hæc et quæ dicta sunt, & quæ mox dicentur in effectibus patriæ potestatis, est omnino in matre locum non habeant, tamen ea quæ iuris generationis sunt, etiam matri competunt in filium & filio tenetur exhibere: patri autem maior honos delatus, quia & onera præcipue filiorum ad illum pertinent, non ad matrem, l. pen. de lib. agnos. l. 1. §. P. sit. 4. ideo secundum naturam est sentire eum maiora commoda, reg. iur. secundum naturam. c. qui sentit. eo l. si. §. sed cum in secundam. de furt. C. In præcepto honoris, non tantum pater, sed & mater ponitur, honora patrem tuum & matrem tuam, si vis esse longæuui super terram, Exod. c. 20. Et sicut qui thesaurifacit, ita & qui honorificauit matrem suam, Ecclesiast. c. 3. Benedictioque patris firmat domos filiorum, & maledictio matris eradicat fundamenta Ecclesiast. 3. Male famæ qui derelinquit patrem, & maledictus a Deo qui exasperat matrem. Et de vtriusque, qui maledixerit patri aut matri, morie moriatur. Exod. 21. cano. non satis. ceterum 36. distin. & Apud Lycios & Locros olim quisque a matribus, non a patribus genus suum repetebat, ut testatur Herodotus in 1. Cicero pro Sex. Roscio maternum sanguinem anteposuit paterno: Sic, inquit, seres habet, Iudæos, magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem, maternus paternusque sanguis. Nec parua fuit controversia inter philosophos & medicos, num sanguis maternus ad generationem conferret, apud Aristotelem 1. de nat. anim. Cen-

sorinum de die nata. Nemesium de nat. hom. c. 14. Plutarchum de plac. philof. Auicennam lib. 3. de nat. hom. c. 24. Cæstum Rhodiginum l. 3. lectio. antiq. c. 42. Atque Galenus firmat factum plus a matre quam a patre suscipere, sicut fructus amplius ab vbertate soli, quam a coloni industria & labore habet. Vnde vis maxima amoris matrum in liberos, & contra: quinimo semper mater certa est, pater vero aliquando incertus esse potest. l. quia semper. s. de in ius voc. P. l. Lucius, de cond. r. & demonst. in P. & Debebunt itaque alimenta filii in matribus ut patribus, & contra, si quis a liberis. de lib. r. agnos. l. 1. 2. de alien. lib. C. l. filia. & l. nec filium. de pat. po. vide que diximus in 9. onere matrimonii sup. lib. 9. c. 19. hoc enim & bruti faciunt, & nature lex vtriusque communicata genitoribus. Nam & mures, glires, genitores suos fessos senecta alunt insigni pietate, Plin l. b. 8. c. 53. Ciconia, idem lib. 10. c. 23. & Meropes, idem lib. 10. c. 33. Phalaris Pauli fil. epist. 19. in pati causa potius consulendum matri quam patri scribit, propter maiora ab ea accepta beneficia, quia nos tulerit, pepererit, educauerit, & alios infinitos labores pro nobis subierit. Succedunt sibi mutuo filius & mater, tit. de senat. Orfic. & Terrull. ad Senat. Tertul. & Orfi. in P. C. & Inst. iur. ciuilib. Et potest vindicare interdum mater filium, ut in l. pen. de fidei. libert. l. 4. o. P. tit. 6. sicut & pater, l. 1. §. 1. de rei vind. P. Filius, sicut patrem prohibetur in ius vocare edicto prætoris, ita & matrem, l. 4. §. parentes. de in ius vocan. l. 2. P. tit. 4.

Iura vel effectus Patriæ potestatis. Cap. 8.

- 1 Inastimabilis patria potestas.
- 2 Pater non potest cogi liberare a sua potestate filium, nisi in 4. casibus.
- 3 In filios necis vitæ, potestas cur data patri ibus.
- 4 Minorem triennio prolem, non licebat necare parentibus.
- 5 Poena acerbitas continet magis improbos, Discandorum debitorum permissio quare statuta, eod.
- 6 Filius & pater pro eadem persona.
- 7 Necis ius in filios sublatum desuetudine. (dere liceat.)
- 8 Adulteram quando patri filiam, & marito uxorem, & ubi occidit.
- 9 Filios castigat iure proprio pater, & castigandos ex arbitrio dat.
- 10 Filius contra patrem iuramentum sanctum prospectum quare. (iudicibus.)
- 11 Filios tempore famis licuit vendere patri.
- 12 Filios ter vendere ter manumittere, quando & quomodo licuit. Potestas maior patris in filios, quam veri in seruos.
- 13 Filiorum trina venditio permissa apud Mosconias.
- 14 Emancipatio trina, & manum suo duplex in adoptionibus quid erat.
- 15 Filias & sorores vendere prohibuit Solon, nisi inuenta illa fuissent coeuntes virgines.
- 16 Emancipati non reducebantur iterum in potestatem sine causa, tempore Modestini, ut antea lege Romulea.
- 17 Filius fam. olim patri omnia querebat aduentitias, hodie quod pertinet ad vsum fructum.
- 18 Castrensis & quasi nullo iure quaesita patri a filiofam. nec in vsum fructum.
- 19 Filius fam. testari non potest de aduentitiis etiam volente patre, quare.
- 20 Filius fam. ad pias causas cum consensu patris de aduentitiis testatur.
- 21 Filius fam. in Gallia nihil etiam in aduentitiis acquirit patri præter commoditatem & administrationem.
- 22 Filius fam. querit profectus omnia patri etiam in Gallia, ut iure antiquo.
- 23 Casus alii, in quibus pater non habet vsum fructum in bonis filiofam. as.
- 24 Filiofam. laici non possunt esse in iudicio sine auctoritate patris, exceptis causis spiritualibus.
- 25 Filius fam. in quibus sine patre in iudicio esse potest.
- 26 Filiofam. accedere patrem quare aduersario otile sit.
- 27 Filius fam. quando sine patre agit & experitur.
- 28 Filius fam. in criminalibus publicis sine patre agere & conueniri potest.
- 29 Filius fam. 25. anno. iudicium iure Delphina valet sine auctoritate patris in Gallia.
- 30 Filius fam. in Gallia habetur pro emancipato, ideo agit sine patre, & coort. ab it. & c.
- 31 Filius fam. non potest sine consensu patris uxorem ducere.
- 32 Pater præferitur omnibus tutoribus & curatoribus filii.
- 33 Litis nulla inter patrem & filium fam. esse potest, & quando.
- 34 Filius emancipatus patrem in iudicio vocans, vel alius matrem,

